Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sic age.

I. Tempus vulgare reducatur in Astronomicum

II. Ad propositae diei completae meridiem, quaere locum solis de Ephem.

III. Hunc locum solis quae in tabula domorum caeli ad elevationem poli tui accommodata sub charactere eius signi, in quo ☉ versatur & sub titulo decimae domus, ac tempus ad sinistram inventum extra scribe, cui per singulis 15 m. adiunctis gradib. solis singula minuta addas.

IIII. Huic inuento tempori adde tuum tempus in horis & minutis, ad quod domos caeli fabricare voles, hoc tamen observato, ut per singulis sex horis singula minuta addas, eo quod una revolutio primi mobilis perficit in 24 horis & 4 minutis.

Canon.

Si de additione duorum temporum horae supra 24 excreverint, tunc abjice 24 horas, & cum reliquo tabulas domorum ingredere.

V. Horas & minuta de additione duorum temporum productia, quaere in tabula elevationis tuae ad sinistram, & initia sex domorum caeli 10. 11. 12. 1. 2. 3. versus dextram occurrentia figurae tuae inscribe, & per reliquis domib. sume signa opposita. Et ita habebis cuspides duodecim domorum caeli figurae tuae inscriptas.

Exemplum.

Anno 1548. April. 5 d. hor. 7 m. 30 mane nata est puella N, elevatio 51 grad.